



# TETRACTYS

## Numerorum,

### Summum Arithmeticae Compendium.



um Arithmetica decimalis per digitos manuum, quibus tanquam scipionibus & bacillis imperitiores utuntur, ad denarium usque magno cogitationum dispendio seducatur, antequam articulum nectat, ex quo denominationes unitatum repetantur; mirifico computi compendio Tetractys statim ex quaternario reflectitur ad unitatem, & proinde praeter *unum*, tanquam principium, *duo* saltem & *tria*, parium scilicet & imparium radices, certis characteribus tanquam digitis designat, loco quaternarii tanquam articuli Zypfram ponit, ejusque quotitatem, notis radicalibus exprimendam, in ulteriorem locum rejicit, ordine situque consveto. Hinc ut in decadice articuli cardinales, & inde pendens valor ulteriorum a primo locorum, sunt *unum*, *decem*, *centum*, *mille*; sic in Tetracty cardines multo succinctiores & arctioris inter se valoris nascuntur *unum*, *quatuor*, *quadriquatnor*, *cubiquatnor*. Cetera tamen utrobique paria sunt, praeter aptitudinem conceptibilitatis & computabilitatis, qua Tetractys Decactyn, ut ita loquar, multis post se relinquit intervallis,

ut